



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Ex Decretal. Greg. tit. de celebr. Miss.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**



maxime locū sibi vendicaret, cū ab alijs veluti pa-  
ventibus aut magistris decepti forent, vt dixi infra  
in hac 1. par. super q. 7. §. sit sexta regula.

Illud hic addiderim, quod est valde singulare, qd  
si quis delinquens propter etatem teneram aut mi-  
tius, aut nullo modo punitus est, non poterit esse-  
ctus maior amplius de eodem ipso delicto puniri.  
ita Hippolitus Marsilius, in l. infans. ff. de sicarijs.  
& in l. de minore. in prim. ver. & an minor. ff. de q.  
quem sequitur Tiraquellus tract. de penis tempe-  
randis, aut remitten. causa 7. nu. 8. quod & veris-  
simum puto.

DE CELEBRATIONE  
Missarum, de volumine maiori  
Decretalium.

Si qua verba sunt in canone Missæ, quæ ab Euā-  
gelistis dicta non fuerint, credere debemus, quod a  
Christo Apostolis, & ab Apostolis eorum succes-  
sores acceperunt. Et hoc dicit vsque ad §. Quasi-  
uisi.



**M** Martha, & infra. Quæ  
uisti, qd forma verborū, quæ  
ipse Christus expressit, cū in  
corpus & sanguinē suum, pa-  
nem trāsūstantiauit & vinū,  
illud in canone Missæ, quo Ec-  
clesia vitur generalis, adieci-

rit, qd nullus Euangelistarū legitur expressisse.  
Cū enim in Euangelio sic legatur: Accipiens ca-  
licem gratias agens benedixit, & dedit discipulis  
suis dicens: bibite ex hoc omnes: Hic est enim san-  
guis meus noui testamenti, qui pro vobis, & pro  
multis effundetur, in remissionem peccatorum:  
In canone Missæ sermo iste, videlicet mysteriū  
fidei: verbis ipsis interpositus inuenitur. Vnde  
cum non Euangelista Christi hoc dixisse teste-  
tur, miraris, quod aliquis asseuerare tentauerit,  
eum aliquid plus dixisse, quam aliquis Euange-  
listarū asseueret. Verū si formam ipsius cano-  
nis inspicias diligenter, præter hæc, de quo tua  
fraternitas requisit, alia duo, videlicet: Eleuatis  
oculis in cælum: & æterni testamenti: poteris in  
ipso canone reperire, quæ in textu Euangelico  
non leguntur. Sane multa tã de verbis, quã de  
factis dominicis inuenimus ab Euangelistis omis-  
sa, quæ Apostoli vel suppleuissent verbo, vel factō  
expressisse leguntur. Paulus enim in actibus Apo-  
stolorū sic ait: Meminisse uos oportet verbi  
Domini Iesu, qui dixit. Beatus ¶ est dare quam  
accipere. hæc nullus quattuor Euangelistarū  
descripsit: nullus etiam horum expressit, quod  
Paulus de Christo ad Corinth. scribens ait: Vi-  
sus est plus quã quingentis fratribus simul: dein  
de visus est Iacobo, nouissime autem tamquam  
abortiuo visus est mihi. Ipsi etiam Euangelistæ  
mutuo inter se suppleuissent leguntur, quæ ab eo-  
rum aliquo uel aliquibus sunt omissa. Vnde cū  
tres Euangelistæ posuerint, Hoc est corpus meū  
solus Lucas adiecit, quod pro vobis tradetur. &  
eum Matthæus, & Marcus dicant, pro mul-

**A** tis: Lucas dicit, pro vobis; Matthæus autem, in  
remissionem peccatorum adiunxit. Ceterum ea  
quæ adduntur in canone Missæ, possunt ex alijs  
locis Euangelij comprobati. Ioannes enim tu-  
scitationem Lazari describens, Iesum sursum  
oculos leuasse asserit, & dixisse, Pater gratias ago  
tibi, quoniam audisti me. & infra: Si tunc igitur  
in cælum oculos leuauit ad Patrem, cum ad cor-  
pus exanime animam Lazari reuocauit, proba-  
bilis esse videtur, quod tunc oculos leuauerit  
ad Patrem in cælum, cum panem & vinum in  
cōpus & sanguinem propriū commutauit.  
Ceterum, sicut superius est expressum, cum in  
textu Euangelico, noui testamenti, ponatur, hic  
interponitur, & æterni, nam vetus testamentum  
quod hircorum, & vitulorum fuit sanguine de-  
dicatū, temporalia promittebat, nouum autem,  
quod est Christi sanguine consecratum, promit-  
tit æterna, & ideo testamentum illud fuit uetus  
& trāsitorium, hoc autem nouum est & æternū.  
Vel, vt utamur alia ratione, vnde nouum idest  
vltimum esse describitur, inde æternum, idest  
perpetuum comprobatur. Nouissimum etenim

**C** homini testamentum ¶ immobile perseverat,  
quia testatoris obitu confirmatur, iuxta quod  
Apostolus testamentum in morte asserit confir-  
matum, alioquin non valet, dum vixerit, qui te-  
statatur. Præterea non solum scriptura, sed etiam  
promissio dicitur testamentum, iuxta quod Apo-  
stolus ipse scribit, Ideo noui testamēti mediator  
est, vt repromissionem accipiant, qui vocati sunt  
hereditatis æternæ. Sic ergo intelligi debet, quod  
in ipso canone reperitur, hic est enim sanguis  
meus noui & æterni testamenti, idest, nouæ ac  
æternæ promissionis, scilicet confirmator, sicut  
Dominus repromittit, Qui manducat (inquiens)  
carnem meam, & sanguinem meū bibit, habet  
vitam æternam. Ex eo autem verbo, de quo mo-  
uit tua fraternitas quæstionem, videlicet, mysteri-  
um fidei, munimentum erroris ¶ quidam trahere  
putauerunt, dicentes, in sacramento altaris  
non esse corporis Christi & sanguinis veritatem  
sed imaginem tantum & speciem, & figuram,  
pro eo quod scriptura interdum commemorat  
id quod in altari suscipitur, esse sacramentum &  
mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueū  
erroris incurrunt, quod nec auctoritates scriptu-  
ræ conuenienter intelligunt, nec sacramēta Dei  
suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sa-  
cramētum altaris, veritas esse negatur, ergo nec  
mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) ve-  
ritas est eredenda. Si quidem mortem & resurre-  
ctionem Christi, similitudinem & imaginem ef-  
se Apostolus manifestat, Christus, inquiens,  
mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit

**D** re putauerunt, dicentes, in sacramento altaris  
non esse corporis Christi & sanguinis veritatem  
sed imaginem tantum & speciem, & figuram,  
pro eo quod scriptura interdum commemorat  
id quod in altari suscipitur, esse sacramentum &  
mysterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueū  
erroris incurrunt, quod nec auctoritates scriptu-  
ræ conuenienter intelligunt, nec sacramēta Dei  
suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sa-  
cramētum altaris, veritas esse negatur, ergo nec  
mors, nec resurrectio Christi (cum figura sit) ve-  
ritas est eredenda. Si quidem mortem & resurre-  
ctionem Christi, similitudinem & imaginem ef-  
se Apostolus manifestat, Christus, inquiens,  
mortuus est pro delictis nostris, & resurrexit  
propter iustificationem nostram. Apostolorum  
etiam princeps Petrus sic in epistola sua scribit,  
Christus passus est pro nobis, uobis relinquens  
exemplum, vt sequamini uestigia eius. Sic ergo  
tã mors Christi, quam eius resurrectio est exem-  
plum, vt & nos peccato mortui, iustitiæ iam vi-  
uamus, quare si non fuit veritas, quia fuit exem-  
plum, ergo nec vere mortuus fuit Christus: nec  
vere

Marc. 14.  
Ioan. 11.

¶ Hic post di-  
ctationem te-  
stamentum,  
est dictio,  
morte in ple-  
risque recen-  
tiorib., quæ  
tamen de est  
in omnibus  
antiquis, nec  
esse debet ut  
indicant se-  
quentia.

¶ Damnaur  
in Concilio  
Trid. sess. 13.  
de sacramen-  
to Eucharis-  
tiz, cap. 1. &  
can. 1.

Rom. 6.  
1. Cor. 15.  
1. Pet. 2.

An punit  
in foro ci-  
nico po-  
puniti in  
to ciuili.

Doli cap-  
quis dicat  
arbitrio  
cis relin-  
tur.  
Cur an  
scentes a  
tius pu-  
debeat.

Matth. 27.

1. Cor. 10.

Inuenit  
tribunali  
quisi-  
micitus  
punitio

1. Cor. 15.

Luc. 22.  
Matth. 26.



vere a mortuis resurrexit. Sed absit a fidelium cordibus error iste, cum Propheta de ipso testetur, quod vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur, quam cernatur, & aliud cernitur, quam credatur. Cernitur species panis & vini, & creditur veritas carnis & sanguinis Christi, ac virtus vnitatis & charitatis, & infra. Distinguendum est tamen subtiliter inter tria, quae sunt in hoc sacramento discreta, videlicet formam visibilem, veritatem corporis, & virtutem spirituales. Forma est panis & vini, veritas carnis & sanguinis, virtus vnitatis & charitatis. Primum est sacramentum, & non res, secundum est sacramentum, & res; tertium est res, & non sacramentum. Sed primum est sacramentum geminae rei. Secundum est sacramentum vnius, & alterius res existit. Tertium est res gemini sacramenti. Credimus igitur, quod formam verborum, sicut in canone reperitur, & a Christo Apostoli, & ab ipsis eorum acceperint successores.

In sacramento altaris aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem: hoc dicit vsque ad §. Tertia loco. Abbas.

Quaeristi etiam, utrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur? Super hoc autem opiniones apud Scholasticos uariantur. Aliquibus enim videtur, quod cum de latere Christi duo praecipua fluxerint sacramenta redemptionis in sanguine, ac regenerationis in aqua; in illa duo vinum & aqua, quae commiscetur in calice, diuina virtute mutantur, ut in hoc sacramento plena sit veritas & figura. Alij vero tenent, quod aqua cum vino transubstantiatur in sanguinem, cum in vinum transeat mixta vino, licet physici contrarium asseuerent, qui aquam à vino per artificium posse asserunt separari. Praeterea potest dici quod aqua non transit in sanguinem, sed re manet prioris vini accidentibus circumfusa, ita quod vini saporem assumit, quod inde conuincitur, quia si post calicis consecrationem aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis lateat, vndique circumfunditur, non madidans circumfusum, ipsa tamen accidentia vinum appositum videntur afficere, quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit. Contingit igitur, accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Sed nec inconueniens creditur aut absurdum, si aqua in corpore Christi esse credatur cum legatur de ipsius latere processisse, & infra. Verum inter opiniones praedictas, illa probabilior iudicatur, quae asserit, aquam cum vino in sanguinem transmutari, ut expressius eluceat proprietates sacramenti. Nam cum aquae multae sint populi multi, iuxta quod a libi legitur, Beati qui seminatis super omnes aquas, ideo vi-

Ioan. 19.  
† al. corpore.

Isa. 37.

A no aqua vnitur, ut Christo populus adunetur. Per hoc enim quod suscepit ipse de nostro, & accipimus ipsi de suo, tam insolubili nexu coniungimur, ut qui est vnus cum Patre per ineffabilem vnitatem, fiat vnus nobiscum per admirabilem vnitatem, ac per hoc ipso communiter mediante cum Patre vnus efficiatur, Pater inquit sancte, serua eos quos dedisti mihi, ut sint vnus sicut & nos, non pro his rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut & ipsi in nobis vnus sint, & mundus credat quia tu me misisti,

Ioan. 17.

B Oratio quae dicitur in secreta in festo sancti Leonis immutata est, quia vbi dicebatur: Annue nobis Domine, ut animae famuli tui Leonis, haec proficit oblatio: hodie dicitur: ut intercessione nobis beati Leonis, haec nobis proficit oblatio. Et haec mutatio contingit, quia sancti nostri orationibus non indigent, sed nos suis, hoc dicit vsque ad finem Abbas.

Tertio loco Fraternalitas tua requisit, quare fuerit mutata quod in secreta beati Leonis secundum antiquiores codices continetur, sic videlicet, Annue nobis Domine, ut animae famuli tui Leonis haec proficit oblatio, cum in modernis sacramentarijs habeatur, Annue nobis quaesumus Domine, ut intercessione beati Leonis haec nobis proficit oblatio? Super quo respondemus, quod cum sacrae scripturae dicat auctoritas, & quod iniuriam facit martyri qui orat pro martyre, id est est ratione consimili de alijs sanctis sentiendum, quia orationibus nostris non indigent, pro eo quod cum sint perfecte beati, omnia eis ad vota succedunt, sed nos potius orationibus eorum indigemus, quos (cum miseri simus) vndique mala nostra perturbant. Vnde quod in plerisque orationibus continetur, proficit vel proficiat huic sancto vel illi talis oblatio ad gloriam & honorem, ita debet intelligi, ut ad hoc proficit, quod magis ac magis a fidelibus glorificetur in terris, licet plerique reputent non indignum, sanctorum gloriam vique ad iudicem augmentari, & ideo Ecclesiam interim sane posse augmentum glorificationis eorum optare. Verum utrum in hoc articulo locum habeat illa distinctio, qua docetur, quod defunctorum alij sunt valde boni, alij sunt valde mali, alij mediocriter boni, alij mediocriter mali, vnde suffragia, quae fiunt a fidelibus in Ecclesia pro valde bonis, actiones sunt gratiarum, pro valde malis, consolationes viuorum; expiationes vero pro mediocriter bonis, & propitiationes pro mediocriter malis, tua discretio inuestiget.

† Hoc est S. Augustini de vitiis Apostolicae mone ferretur in sent. dist. cap. 1.

† al. quod magis ac magis.

#### COMMENT. XIII.

C V M Martha, & infra. Optime conuenit haec decretalis cum insinuatione auctoris: nam multae in ea deserviuntur catholice veritates, quae ad plantandam & augendam fidem spectant. Series eius indicat tria catholica dogmata potissima declarari. Primum



Primum est: Si qua sunt verba in celebratione Missae cum sacramentum conficitur, quae nominatim in Evangelio non continentur, credendum est Apostolos a Christo, et nos ab ipsis per traditionem accepisse.

Alterum est: In sacramento Eucharistiae aqua illam modicam vino commixtam, simul cum vino in sanguinem conuertit.

Postremum est: Sanctos in celo cum Deo regnantes non indigere precibus nostris, sed potius nos illorum intercessionibus.

**b** Sane multam tam de verbis quam de factis Dominicis. Hic incipit respondere quaestioni propositae de auctoritate magnam & inuolubilem Apostolicarum traditionum. Est enim inuolabilis regula, ritus Ecclesiae universalis, antiquos & approbatos, quorum memoria non extat, tam circa sacramenta conficienda & ministranda, quam circa ministros Ecclesiasticos, & Ecclesiastica ministeria, quorum in Evangelio nulla mentio est, Christi autem uerba uocis oraculo, aut per reuelationem a Spiritu sancto Apostolis tradidisse: Apostolos uero suis successoribus indicasse, & obseruandos reliquisse, nec Apostolicae traditiones minorem auctoritatem habent, quam sacra ipsa scriptura: nam traditiones Ecclesiae scripturae sunt antiquiores. Christus enim doctus librum nullum scripsit, immo quantum legitur, nec precepit ut scriberetur. Eunt, autem, praedicante Euangelium omni creature, non dicitur scribitur, Marci ultimo, & lex quidem Euangelica, quae lex spiritus est, ab initio nullis est litteris exarata, sed credenda fidelibus predicata, & Apostoli prius Euangelium uia uoce docuerunt, deinde mandauerunt litteris, ut graues & idonei testes profiterentur. Irenaeus lib. tertio, cap. 1. aduersus haereses. Eusebius luculeter libro 3. histo. Eccl. cap. 24. Crisostomus homilia 1. in Matth. Theophilus in initio com. in Matth. denique uniuersi Ecclesiastici auctores. Quae ergo documenta in scripturam redacta sunt, scripturam uocamus: quae autem non sunt scriptae, quia non sunt uisum Spiritui sancto necessarii, & Ecclesia retinet ab Apostolis accepta, traditiones dicimus. Perpetua Mariae matris Dei uirginitas, paruulos esse baptizandos, sanctorum auxilium esse implorandum, eorum memoriam piam esse colendam, & eorum imagines adorandas, & sexcenta huiusmodi, quae longum esset recensere, nullis sunt sacris litteris prodita, sed quia traditione Apostolica tenet Ecclesia, perinde ea certa sunt ac si Euangelio scripta essent, & talia sunt haec, de quibus hic disserit Romanus Pontifex.

Atque haec quidem breuiter satis sit attulisse, ad hunc locum illustrandum, qui ab haereticis nostris seculi ualde laeratur: nam cetera persequi, quae ad traditiones spectant, alterius est loci, nec nostra breuitatis aut instituti, ac de uide quid & auctoritate Apostolicarum traditionum multa Clemens Papa Romanus, qui octo libris uniuersas fere Apostolorum traditiones dicitur esse complexus, multa etiam Carolus Boninus in praefatione ad praefatos libros Clementis, & Martinus Perez ab Ayala Archiepiscopus Valentinus peculiari libro de traditionibus Ecclesiasticis, & eleganter more suo Melchior Ca-

**A** nus toto lib. 3. de locis Theologicis, apud quem inuenies ibid. c. 4. (quod est in hac materia potissimum) quibus modis traditiones Apostolicae inuestigantur & cognoscantur. Atque ut breui concludam, traditio num quanta sit auctoritas, docuit concilium Tridentinum sess. 4. in decreta de canonicis scripturis; ubi Ecclesiasticas traditiones, patri pietatis affectu & reuerentia cum sacra ipsa scriptura suscipiendas & reuerandas docet.

**c** Quaeuis etiam, utrum aqua cum vino in sanguinem conuertatur. Hae est secunda catholica assensio, quod aqua scilicet cum vino in Christi sanguinem conuertatur. obiter autem tres commemorat Papa opiniones. Una est dicentium, aquam uino commixtam per aeternam consecrationem seorsum manere: quae tamen opinio uera esse nequit, cum per consecrationem nihil aliud sub speciebus sacramentalibus remaneat, quam corpus & sanguis Christi. Secunda opinio est asserentium, quod sicut uinum transubstantiatur in sanguinem, ita et aqua in illa, quae de latere Christi effluxit, sed neque hoc est uerum: nam si ita esset, deberet uinum per se, & aqua seorsum consecrari. Tertia denique est sententia eadem qua certissima, quam hoc loco approbat Papa, uide licet aquam prius in uinum conuertit, inde uinum in sanguinem, hoc est Pontificis institutum in hoc S. ad quod intelligendum uidero quae scribunt Theologi lib. 4. sent. dist. in. 9. ubi late Dominicus Sotus q. 1. arti. 6. & S. Thomas 3. par. q. 74. art. 6. adde c. 1. et c. cum omne. de consecra. dist. 2. ubi pulebra sunt de hac re Pontificum decreta.

**C** Quod uero aqua uino sit miscenda in hoc ineffabili sacrificio, non fuit Alexandri Pontificis institutum, ut male sensit Armachanus lib. 9. cap. 9. sed ita fieri debere Christus docuit. Apostolos, & illi nobis obseruandum tradiderunt, ut luculeter probat Sanctus Cyprianus lib. 2. epistolae uerum Epist. 3. ad Ceciliam, & refertur in c. sic in sanctificatione. & in c. scriptura. de conse. dist. 2. & docet item Concilium Chartaginense 3. c. 24. relatum in c. in sacramento. de conse. dist. 2. quod recte etiam precitato loco Sotus ostendit. cetera huic spectata Theologis libenter tractanda relinquo; non enim spectat ad Emerici institutum.

**d** Tertio loco fraternitas tua requisit. Hoc est postremum dogma, in quo nulla occurrit difficultas, conuenit cum eo doctrina Concilij Tridentini sess. 25. in principio de inuocatione sanctorum. adde Melchior Canum lib. 3. de locis Theologicis, c. 3. uer si multa pertinere, ubi uere docet traditione Apostolica constare, sanctorum auxilium & preces implorandas. contra senserunt olim Pauperes de Lugduno, ut refert Emericus par. 2. q. 14. haeres. 15. quae errorum huius seculi haereticorum quasi ab inferis excitantes, renouant, quorum deprauatus animus, & mens deperdita eo mihi potissimum spectare uideatur, ut in odium Ecclesiae catholicae Romanae excitent quidquid impium, & blasphemum unquam assertum est.

Aqua uino commixta per consecrationem in sanguinem Domini conuertitur.

Traditione Apostolica auxilium sanctorum imploramus.